



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118472

§. 5. Adrianus a quæstus studio omnino alienus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66495)

drianus eorumque sententias sequeba- **Sæcul. XVI.**
 tur, moxque ac illi quamdam morum **A.C. 1522.**
 corruptelam indicabant, illam tollendi
 media cum eis solerter discutit, eaque
 effectui dare spopondit: Cum vero ex
 perversa Indulgentiarum prædicatione,
 illarumque frequentia primæ incendii
 Ecclesiam devastantis scintillæ pro-
 diissent, ad abolendos ejusmodi abusus
 primo animum adjecit, revocavitque fa-
 cultates Fratribus Minoribus concessas,
 quibus eis permittebatur indulgentias
 promulgare pro Vaticani templi fa-
 brica.

§. V.

*Adrianus a quaestus studio omnino
 alienus.*

Præterea Pontifex munia, ac Romanæ **Ciacon. t. 5.**
 curiæ officia vendere prohibuit, quam- **p. 426.**
 vis sub ejus Prædecessore, quamprimum **Raynald.**
 vacassent, venderentur, atque ejusmodi **ann. 1522.**
 quaestus licitus crederetur. Præterea **n. 19.**
 Datariæ exactiones moderabatur, Coad-
 jutorias,

observat Pallavicinus loco a Continuatore al-
 legato, ipsumque Spondanum in hoc halluci-
 natum fuisse notat. Binner in suo apparatu
part. VII. cap. 2. art. 4. n. 135. Hunc appella-
 lat *Marcellum Gazelium Cajetanum.*

Secul. XVI
A. C. 1522.

jutorias, & regressus abolebat, remque eo deducebat, ut ad Ecclesiasticas dignitates nonnisi idoneis, Virisque morum probitate commendandis patet aditus. Concesserat nepoti suo septuaginta aureorum beneficium, cum vero ad sustinendum Pontificii Nepotis honorem tenues adeo proventus minime sufficerent, & nonnulli nobilitate generis conspicui eidem pinquius Sacerdotium conferri rogarent, nequaquam exorari potuit, in hanc prorumpens vocem, *cuperem homines beneficiis dare, non beneficia hominibus.*

§. VI.

Urbinatis Dux in gratiam Pontificis restitutus.

Ardens hoc disciplinam restaurandi studium nullatenus Adriani sollicitudinem præpediebat, quo minus temporale etiam Ecclesiæ bonum procurare, atque eidem inique erepta vindicare intentus esset: Recuperabat enim Ariminum, quod Sigismundus, & Pandulfus Malatesta usurpaverant, eosque armorum vi ad urbis hujus restitucionem compellebat, non equidem bellandi aviditate stimulatus, sed religione ductus, qua ad Ecclesiæ Romanæ fulgimentum fore necessarium arbitrabatur.